VICIPÆDIA

Lingua Izhorica

Lingua Izhorica[1] (ipsorum lingua *Ižorin kēli*) vel **Ingrica** lingua est gentis *Izhora'*[2], quae in rebus gestis Aevi medii nota in Ingria est. A lingua Votica distinguenda est, cum saepe Votice loquentes inter lingua Izhorica utentes enumerarentur. Lingua est una linguarum familiae Finno-Permicae, quae ad ramum Finno-Ugricum linguarum Uralicarum pertinet. Paene abolevit, nam non plus centum homines Izhorice loqui possunt, sed in usu lingua etiam apud eos iam non est. In districto Kingiseppiano regionis Leninopolitanae Russiae habitant. Scriptura Izhorica abecedarium Latinum est cum signis diacriticis non multis. Annis tricesimis saeculi vicesimi elaborata est, sed rarissima erat in usu. Saepe lingua Izhorica regulis Finnicis scribitur. Nova modificatio abecedarii in arte grammatica anni 2014 invenitur[3].

Lingua Izhorica Ižorin kēli	
Taxinomia:	Uralica Finno-Ugrica Finno-Permica **Lingua Izhorica**
Locutores:	123 (anno 2010)
Sigla:	1 , 2 , 3 izh
Status publicus	
Officialis	
Privata	Russia
Litterae:	Abecedarium Izhoricum
Scriptura:	Latina
Procuratio:	—

Districtus Kingiseppianus regionis Leninopolitanae Russiae colore roseo signatus

Notae

1. Vb. adiect. "Izhorica", cf. nomina biologica e.g. *Chromadorella izhorica*, *Monhystera izhorica*, *Neochromadora izhorica*.
2. Ante saeculum undevicesimum *Izhera* inveniri potest.
3. Конькова О.И., Дьячков Н.А. *Пособие по ижорскому языку* (http://msu.lenobl.ru/Files/file/posobie_small_1.pdf). Petropoli, 2014.

Nexus interni

- Ingria

Nexus externi

Vicipaedia Izhorica in *Incubator* (https://incubator.wikimedia.org/wiki/Wp/izh/Päälehti)

Linguae Finno-Ugricae

Finno-Permicae	Samicae • Finnica • Carelica • Vepsica • Izhorica • Votica • Estonica • Voruvica • Livonica • Mari (pratensis • montana) • Morduinicae (Erzia • Moxel) • Komiensis • Udmurtica
Ugricae	Hungarica • Chantyensis • Mansiensis